



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 69. Episcopatum Sedium erectio in Granatensi Regno.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

Sæcul. XV.
A.C. 1493.

§. LXIX.

Episcopatum Sedium erectio in Granatensi Regno.

*Bullar. l. 4.
p. 230.*

*Raynald ut
supr. n. 14.*

Mense Aprili ejusdem anni summus Pontifex aliud diploma in Hispaniam misit Abulensi Episcopo inscriptum. Huic, postquam Ferdinandus Granatæ regnum recuperaverat, negotium dedit, ut veteres Ecclesias restauraret, ac quatuor Cathedrales constitueret, scilicet Granatensem, quæ Metropolis jure gauderet, Malaginsensem, Guidinsensem, atque Almeriensem, cuilibet harum Diæcesium juxta limitum extensione designata.

§. LXX.

Suprema administratio trium Ordinum militarium in Hispania Ferdinando concessa.

*Vid. supr.
Lib. CXVI.
§. 104.*

Sub idem tempus Alexander Papa Ferdinandum honorabat supremo Magisterio Ordinum Equestrium, sancti Jacobi, & Alcantaræ; cum eidem jam priori tempore Innocentius ad dies vitæ concesserat Calatravensem Magistratum, qui per mortem Garziæ Pardillæ vacaverat. Præterea anno a partu Virginis millesimo quadringentesimo nonagesimo tertio, Alphonso Cardena fatis functo, idem Ferdi-